

28. 6 15

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA
AGENS DE 1716²
FEBRI SYNCOPALI,
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO
PHILIPPO WILHELMO,
S.R.I. COMITE DE BOINEBURG,
SACRAE CÆSAREÆ ATQVE REGIÆ CATHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
INTIMO, NEC NON METROPOLITANARUM ECCLESiarum, MOGUN-
TINÆ ET TREVIRENSIS, CANONICO CAPITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE
SUPREMO CHORI-EPISCOPO, EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GUNTINI CONSILIARIO INTIMO, AC CIVITATIS TERRITORIQUE
ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE,
PERMISSU ET AUTHORITATE
AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ ERFURTINÆ,
SUB PRÆSIDIO
DN. JOANNIS PHILippi EYSELII,
PHILOS. ET MED. DOCT.
ANATOM. CHIRRG. ET BOTAN. PROFESS. PUBL. CELEBERRIMI, EJUSDEM QVE
FACULT. ASSESS. PRIM. ET SURSENIORIS GRAVISSIMI, p. t. DECANI, ACADEMIA²
IMPERIALIS NATURÆ CURIOSORUM COLLEG. LONGE DI-
GNISSIMI ET P. L. C.
DOMINI PATRONI, PROMOTORIS ET HOSPITIS, OMNI HONORIS
CULTU PROSECVENDI,
PRO LICENTIA,
SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, AC PRIVILEGIA
DOCTORALIA
LEGITIME OBTINENDI,
ERUDITIS PUBLICE DISQVIRENDAM
EXPOSIT
JOANNES CASPARUS BAUER, MOGONUS.
DIE. VII. NOVEMBRIS, ANNO M DCC XVI.
IN AUDITORIO MAJORI COLLEG. MAJ.
HORIS CONVENTIS.
—
ERFORDIAE, TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPEGR.

DISPENSATIO IN VNGUERALIS MEDICINA

HEBRI SYNCOPALI

Святейшему Патриарху

DR JOANNE HILLER BSC FRCR

10. CAPTION: 2000 BATTLES. MARCHES
11. CAPTION: 2000 BATTLES. MARCHES

ПРИЧЕМ ОНА ПРИЧЕМ ОН НЕ
ДАЛА СЛОВА ТОДОМ ОДИНОЧКА НІ

BRUNNEN **WILHELM** **OLTFRIED** **ERICHSON** **WILHELM**



PROÆMIUM.

Maxime arduam & intricatam esse Doctrinam de Febris, omnes Medici uno fatentur ore. Neminem siquidem latet, quomodo multiplices sint febres aliæ continuæ aliæ intermittentes; aliæ continuæ blandiores, ut febres unius diei, aut plurium dierum. Cum verò causæ morbificæ febrium multis modis varient, ob id ratione causarum vocatur vel *bilioſa* ut ardens febris; vel *Lymphatica* seu *glandularis*, cum capitibus artuumque doloribus acutioribus copulata; alia *Pancreatica* cum ventris tormentibus & Lancinationibus coniuncta; alia *Salivaris* cum ventriculi anxietatibus connexa. Quid! quod ratione symptomatum concomitantium valdè inter se discrepent,

pent, uti est Ardens, Leipyria, Ungarica, delira, colliquans, maligna, Epiala, Siticulosa, famelica, Cardiaca, torminalis & Colica, Præfocans, Anhelosa, Asthmatica, tussiculosa, Catarhalis, Arthritica; Insana, Vomitoria seu emetica, cacatoria seu catarctica, sudatoria, uretica, Sputatoria, Odontalgica, Syncopalis, de hac ultimâ febrium specie in præsenti inaugurali Disputatione permisso Amplissimæ Facultatis Medicæ verba sum facturus, ut autem divina benedictio, coelitus nostris conatibus adesse velit, ex imo corde precor atque opto!

§. I.

De Febre Syncopali acturus, non possum non ante omnia de exsistentia ejusdem quædam brevissimis præmittere: Cum enim non ab omnibus Doctoribus & Authoribus mentio ejus æquè fiat, dubitare quis posset, an revera detur. Ast in hoc ad experientiam recurrentum, quæ satius monstrat, dari omnino febres syncopales, in quibus nimirum ægroti animi deliquio leviori vel graviori corripiuntur, lenti, ipsisque malignis, paroxysmorum febrium intermittentium decursui admodum interdum esse familiare, ex quo factum esse puto, quod *Sylvius L. i. Prax.*

Prax. cap. 30. §. 104. eandem ad differentiam febrium intermittentium retulerit. Porro & experientia constat, quod non raro syncope febres praecedat, cum primis in iis, qui tenerioris sunt constitutionis, vel qui alias lipothymia aut syncope laborarunt. Unde cum predictum symptoma & comitetur & antecedat quasdam febres; in aliis autem non apprehendatur, haud parum autem curationem febrium mutet & variet, meritò etiam speciale febris ejusmodi denominationem causatur. Sicut enim febres ac aliis variis circumstantiis ratione temporis & typi, exanthematicum & symptomatum epitheton non unum sustinet, ita nihil obstat, quod minus à lipothymia & syncope presente & urgente, febris cum addito *syncopalis* dicatur. Quare quoque eandem febrium syncopalem consideratur, disputationum leges ne transcendam, omnia justo ordine & methodo, quantum fieri poterit, perpendam.

§. II.

Offert se primò statim *intuitu nomenclatura febris Syncopalis*, hinc nobis incumbet utriusque vocabuli febris nim. ejusque epitheti syncopalis etymologiam tradere. Febris derivatur quasi à feritate morbi, quia sat gravis & fera est hac effervescentia totius M. S. vel *juxta Servium* à fervore, tota quippe machina humana magnum de se spargit fervorem & calorem, unde etiam *Sennertus* à februo, quod à ferveo derivatur, deducere audet *Cap. 2. de febribus.* Germanis dicitur *ein Fieber / Græcis vero πῦ, πυρεῖα, & secundum*

dum alios ~~supponit~~. Febris autem nostra cognominatur syncopalis à syncope, tanquam symptomate sat gravi & metuendo, cuius derivatio Græcis debetur, & derivatur à verbo ~~ευνόηται~~, concido, quoniam ægri concidunt, sensumque ac motum dimittere videntur, inde nostra febris Germanis posset dici, eis Fieber mit vien
len Dynnachten.

Tradita brevi nominis explicatione proximè hinc se sitit *realis definitio*: Febris nim. syncopalis est calor p. n. totius corporis, nunc cum arteriarum pulsatione celeriori & frequenter existente, nunc ad sensum deficiente apparet, ab effervescentia sanguinis p. n. ortus & auctus, per intervalla vero sanguinis grumescentia & spirituum luminositate atque irradiatione inhibita imminutus.

§. IV.

Generis loco ponitur calor p. n. in hoc enim alii affectus, e. gr. inflammatio, erysipelas, immo ipsa gangraena convenient, & unicuique constat, in ophthalmia, gutta rosacea, in inflammationibus freis, intestinorum, mammarum, scroti, pudendorum manuum ac pedum, aliarumque partium dari calorem p. n. in reliquis corporis partibus non æque deprehensum ac observatum, & exinde etiam ratione generis convenire, ratione differentiae autem à febre quacunque differre antea memorati affectus deprehenduntur.

§. V.

§. V.

Differentiam autem reliqua definitionis verba exprimunt in sequentibus planius expendenda; In eadem vero agmen dicit, quod dicitur calor p. n. adesse in *toto corpore*, in hoc enim revera vel ab inflammatione, erysipelate, & gangraena, vel ab aliis in §. praecedentis tactis affectibus differt febris syncopalis, dum haec in *toto*, illi autem in definitis partibus deprehenduntur.

§. VI.

Ex quo sequitur *Subjectum* nostri affectus esse totum corpus, diverso tamen & probè distingvendo sensu, cuius ratione obtinet distinctio in *subjectum principale*, & *adæquatum*, sive minus *principale*. *H*ic h. l. sunt spiritus influi & M. S. in quibus maximam partem *præternaturalis* illa effervescentia & ebullitio instituitur: unde omnia pathemata deducenda, quibus febricitantes corripuntur, quo de lege *Helmontium* §. 19. *de febrib. Cap. 1.* *Hoc* deinde sunt reliquæ partes in quibus calor auctus atque effratus deprehenditur, ut sunt vasa majora & minora, musculi, cutis & cuticula, quibus mediæntibus *prædictam caloris inæqualitatem & statum præternaturalem* observamus.

§. VII.

Porrò in *defin.* mentio sit pulsationis arteriarum celerioris ac frequentioris existentis, nunc vero ad sensum deficientis, cuius prius membrum statum febrilem, posterius autem syncopes præsentiam innuit.

nuit. Quoad primum in omni febre adest pulsus celerior & freqventior, qui etiam inter omnia febrim comitantia symptomata primum sibi vendicat locum, quoniam ex nullo melius febrium præsentia cognosci potest, quam ex pulsu frequenti & celeriori p. n. Unde manifestè sequitur, pulsum celerem & frequenter in junioribus, vel ab usu vini generosioris & post motum corporis, nimiaque exercitia ortum hic non intelligi, sed cum *Sylvio* eum requiri, qui citra causam manifestam à caufa interna p. n. ortum traxit. Quod ad alterum attinet, defectum nim. prædicti pulsus, is omnino de syncope, sive inhibito *rum* & sanguinis motu testatur, ad hujus enim præsentiam pulsus etiam, alias celerior ac frequentior ad sensum deficere tenetur.

§. VIII.

Antequam ad ulteriora progrediar, definiendum erit, in quibus febris speciebus syncope adest possit. Uso & rei necessitate hoc exigente, febres in continuas & intermittentes, & mixtas dispescuntur: Continuae sunt, quæ à prima invasione cum continuo affligunt calore, & ad ultimum usque, ad integrum cessationem perdurant & subdividuntur in ardentes & lentas. Intermittentes dicuntur, quæ cum paroxysmis, vel pluribus vel paucioribus per intervalla recurrent, uti est febris intermittens quotidiana, si spatio diei & noctis, vel tertiana, si per intervallum 48. horarum, vel quartana, si post tres dies elapsos quarti diei initium paroxysmus recurrit; Mixtæ sunt,

sunt, quæ quidem à prima invasione cum calore acri
& vomitu aliisve symptomatibus affligere ac perdu-
rare solent, usque ad ultimam cessationem, singulis
tamen diebus, aut tertio & quarto die, aliquam pati-
untur exacerbationem, hinc febris continua vel quo-
tidiana vel tertiana quartana dici meretur. In his
autem febribus omnibus vel animi deliquium gravius
vel levius supervenire aut præcedere posse, nullum
dubium est, si causa ejusdem mox memoranda inter-
cedat. Voco autem consideranter animi deliquium
& gravius & levius; Licet enim interdum inquè aliis
etiam febribus lipothymia frequentius affligat, hæ ta-
men syncopales vocari merentur, quoniam lipothy-
mia & syncope gradu majori & minori differens hu-
jus sit principium.

§. IX.

Occasione febrium intermittentium laudatarum
dubitare quis possit, an calor p. n. & ibi loco generis
stare possit, cùm sub initium earundem non nisi hor-
ror, & frigus urgeant, imò diurnæ intermittentes
statim temporibus solo frigore & aliquali rigore in-
vadant, ita ut nullum æftus vestigium superveniat:
Accedit etiam, quòd loca jam tum in *Hippocrate & A-*
vicenna prostant à Rolfinco de Methodo curandi & co-
gnoscendi febres in genere c. 13. p. 626. 757 allegata exem-
pla observatarum febrium frigidarum adducentia, &
quòd ipse Galenus jam suo tempore observaverit hor-
rores & rigores febriles absque ullo subsequentे ca-
lore, qui allegatus est in Observ. Schenckii Lib. 6. Obs.

B

de

de febribus. Confer etiam de tali febri frigida *Bartholinum Cent. 3. Epist. 293. 296. & 302. Kergerum de Fermentatione Sed. 3. p. 229. & Helmontium, §. 4. c. 1. de Febribus*, qui adducit etiam febres Castrenses, quæ citra sitim & manifestum calorem adfuerint, i. e. quæ ab initio ad finem vitæ quoque absque calore suam luserint tragœdiam. Exempla etiam varia prostant in *Sylvii disp. 9. de febribus §. 13. p. 167.* quod observati sint ægri, proprio & adstantium consensu febricitantes, ut ut ipsis nibil unquam caloris neque ante neque post paroxysmum accesserit. In qua controversia haud opus erit hæc exemplum *Deusingio in Disquis. Ami Sylvianis §. 52.* planè negare, sed solummodo diversitatem caloris p. n. considerare oportet; Calor enim præternaturaliter est vel æctus vel imminutus, ex quo sequitur, in omni febre ardente calorem cum addito auëtum, in differentia verò algidarum calorem imminutum, aut ad sensum & tempus deficien-tem addi debere.

§. X.

Ad causarum seriem progressum facio & primo quidem *ad causam immediatam febris syncopalis*, quæ proportione ipsius febris & syncopes differt & deprehendit in sup. def. *Ad febrem* spectat effervescentia san-guinis p. n. seu effervescentia nimia, quam optimè inter alios *Willius Trañ. de Febr. p. 53.* delineat: Fermentatio nimia, asserens, scil. est, quando sanguis instar olæ super ignem ebullientis:) ultra modum effervescit, & turgescentia spumosa rarefactus vas disten-

distendit, pulsum celeriorem excitat & velut liquor
 ¶ eus incendio concepto, calorem adurentem qua-
 quaversus diffundit. Roborat hæc idem Author ex-
 emplo vinorum effervescentium, quæ præter lenem
 & æquabilem fermentationem, qua primò depurantur,
 quibusdam temporibus adeò insigniter ebulliunt,
 ut vasis ora excedant & si strictim occludantur, in
 partes dissilire faciant, id quod velex eo deducendum
 est, quando vel non miscibile quid dolio infunditur,
 vel si vina fece seu tartaro nimis copiosô ditata sint,
 & hinc sponte fervorem concipient ac immaniter e-
 bulliant, è cuius similitudine quoque rectè desumi
 potest causa antecedens mediata cum reliquis mox
 tradendis. *Ad syneopen* spectat proximè allegata san-
 guinis grumescèntia, vel spirituum luminositas & ir-
 radiatio inhibita: hanc alii per flammulæ vitalis ad
 tempus extinctionem describunt, illam verò *Sylvius*
loc. cit. sanguinis in corde effervescentiam & rarefa-
 tionem, ad tempus nunc brevius, nunc longius viti-
 atam & impeditam refert, sive autem vel magis san-
 gvis vel magis spiritus dictò modò in culpa sint, u-
 trobique tamen non potest non sanguinis motus &
 circularis & fermentativus suspendi ac impediri, ca-
 lorique p. n. in toto corpore inhiberi atque imminui,
 sensu item & motu, adeoque animus deficere.

§. XI.

Causa mediata proximior est, quodcumque miasma
 fermentificum, idque vel conceptum & internum, vel
 externum. Istud oritur, quando elementum quoddam

B 2

san-

sanguinis constitutivū (spiritus & sulphur, quod *Willius loc. cit.* exempli loco adducit) ultra temperiem naturalem evehitur & effervescere evadit, quo nim. hujus aut illius particulae, non congeneres cæteris, à mixtione solvuntur, solutæ plus debito impetum faciunt, sanguinis liquorem exagitant & effervescentiam pariunt: Hoc externum nim. est, quando ab extra advenit, sive extraneum quoddam M. Seæ permiscetur, quod cum non assimiletur, perturbationem ibidem & effervescentiam inducere valet; Intercedente verò coagulo, de facili negotio & grumescentia crux vitalis inde fieri potest, & sic syncopalis febris simul oriri. Prout autem ejusmodi fermentum sigillo quodam specifico à priori haud accuratè determinabili differt, eatenus variæ & innumeræ superiùs recensitæ febrium omnium species oriuntur.

§. XII.

Causarum antecedentium numerum supplent ratione febrium, humores biliosi, acriores, interdum lymphatici, salini, fædi, fermentescibiles, sanguini copiosius admixti, & interdum ipsa materia putrida & corrupta, ratione syncopes verò spirituum vitalium & animalium defecitus, humores acidò austeri in majori copia ad cor delati, qui sanguinem glutinosiorem, crassioremque reddere possunt, ita ut ad tempus cesset sanguinis rarefactio. *vid. Excell. Dni D; Praesidius Patholog. Compend. p. 120.* Evolve simul hanc in rem *Authores Praedicos*, in quibus plures causas

causas tam pro febre, quam syncope deprehendes, ad febrem nostram facile applicabiles.

§. XIII.

Ad causas praeter naturales meritò referuntur inclinatio & dispositio ad animi deliquia, vel ipsa syncope saepius præcedanea, vel connata aut ascititia totius corporis debilitas, sanguinis & spirituum pauperies, obstrunctiones vasorum sanguiferorum majorum vel minorum, imò ipse polypus cordis, ne aliarum causarum obviarum, videlicet secundinarum & menstruorum retentionis mentionem faciam.

§. XIV.

Ex rebus nonnaturalibus omnia ea huc referenda sunt, quæ vim fermentificam quovis modō augere & excitare, & hinc simul coagulationem vel quasi inducere fluidis valent, præsupposita tamen semper dispositione ante laudata; Huc pertinet aër nimis frigidus, condensans, crassus, densus, uliginosus, ille præsertim, qui effluviis acidis ex aceto exsurgentibus in hypocastro refertus est: Huc quoque effluvia heterogena in aëre volitantia, odores fœtidi, & ratione symptomatis nostri odorifera inconsueta, certorum nim. subiectorum idiosyncrasiae adversa, ut sunt odor Moschi & Zibethi, vel ambrae in nonnullis mulieribus, odor felis in utroque saepè sexu, fumus candelæ sebaceæ extinctæ, & alia. Non parum autem contribuunt interius assumpta, solida æque ac liquida, fermentescibilia, heterogena, cibi acidi in nimia copia ingesti, viscosi, pitui-

tos, carnes fumo induratae, pisces marini, aliisque difficultioris digestionis, ad cruditates relinquendas facile proni, potus vini hyberno tempore cumpri-
mis largius assumptus &c. Neque praetereundae vi-
giliae nimiae, & ex altera parte somnus excedens,
motus item nimius & vita sedentaria, ira gravior aut
terror subitaneus, horror ab haemorrhagia & V. S.
quæ partim exagitant humores & Spiritus, ac ad
p. n. motum disponunt, partim etiam spiritus influ-
os ac insitum notabiliter affligere possunt.

§. XV.

Diagnosis cum varietate diversitatis febrium,
& ipsis syncopes, è loculis librorum Praetororum faci-
le superaddi poterit. Quod ad prognosin attinet: *O-*
mnis febris syncopalis, qua talis, haud caret periculō, re-
spectus tamen semper est habendus reliquarum cir-
cumstantiarum. Sic si in febribus ardentibus mali-
gnis, debilitate virium & prostratione vel subitanea,
vel majori, in febre item hectica, aut aliâ quacunque
lentâ suboriatur, eadem pessimum signum est & cri-
tirium spirituum animalium & vitalium consumpto-
rum aut in motu suo impeditorum ac sufflaminato-
rum. Et sicuti in febribus continuis semper peri-
culosior est aestimanda, ita in veris intermittentibus,
ubi vel aliquot horæ ad minimum, exemplo quoti-
dianæ; vel integer dies in tertiana, vel duo in quartana
pro tempore ~~anepseches~~ conceduntur, & sic interea
curationem eost felicius institui, & meliorem respectivè
fore affectum censemendum est. Si vero conjuncta sint va-
ria exanthemata, variolæ, morbilli petechiæ, purpura,
aut

aut si ipsa pestis forte eo tempore graffetur , vel alia
graviora symptomata, deliria, lethargus & similia in-
terpolata sint, pessimus status metuendus erit.

§. XVI.

Methodum medendi quod concernit, *in cura fe-
bis syncopalis* attendendum , an febris sit vel maligna,
vel intermittens, vel lenta, an paroxysmus ipsius syn-
copies præfens sit, vel minus? Hinc seqq. indicationes
obſervandæ erunt: 1. In ipsius syncopes præsentia æ-
ger est excitandus, spirituumque luminositas & irra-
diatio etiam maturanda. 2 Fomes materiæ morbosæ
in stomacho & primis viis resolvatur , & si non
contraindicationes adsint per universalia evacuan-
tia educatur. 3. fermentum febrile diversi ge-
neris ac pro diversitate febris varians unâ cum dys-
crasia sanguinis corrigatur, & inde per convenientes
vias, quas ipsa natura sèpissimâ monstrat, inspecie per
fudorem atq; urinam evacuetur. Insimul vero grume-
ſcentia & spirituum luminositas & irradiatio
inhibita tollenda. 4 Non neglectis specialibus acceden-
tibus symptomatibus pro spirituum vigore compa-
rando & conservando analeptica ac diætetica sunt
consulenda.

§. XVII.

Quoad primum huc pertinent externa, generosi-
ora & spirituosiora, penetrantia , quæ volatili spiritu-
ositate spiritibus deficientibus succurrunt, & eosdem
fortius vellicando & commovendo sensum & motum
reducere valent. Sunt autem hæc volatilia vel alca-
linia vel acida, illa magis adhibentur, ubi à grumescen-
tia

tia spiritus quasi obruti concentrantur ex Ω . C. C.
 $\Theta\starci$, apoplect. bals. Anglic. compl. & incompl. in syn-cope febrium intermittentium magis admittenda; hæc verò, ubi spiritus facile dissipantur, exsolvuntur, in febb. ardentibus, malignis, lentisque ac hecticis svadenda, & sunt \ddagger tum Bezoard. rutac. rosac. viol. lilior. convall. calendulatum. Prioris exemplum sequens esse potest: R. ∇ apoplect. 30. $\Omega\starci$ Vinof. C. C. ana. 3*lb.*
*Essent. castor. 3*lb.* M. D. in Vitr.* Posterioris vero: R. \ddagger
 \ddagger ti bezoard. rutac. ana. 3*ij* M. D. Accedit tandem ratione subjectorum idiosyncrasia haud parum variari ingredientium assumptionem, unde hoc in passu tandem, quid huic vel illi subje \ddot{e} to ex externis conduceat.

§. XIIIX.

Ratione secunde indicationis, ut indicia pro universalibus evacuantibus probè perpendantur, necesse est, quæ s^epe testabuntur, ob conatum ad vomendum & nauseam vomitoria, ob diarrhœam, alvi obstructionem, aut consuetam intermissam purgationem purgantia, aut ad minimum laxantia in principio conducere: Dico in principio, non rarum enim est, malignas ex vomitorii in febrium principio adhibitis multum levare, vid. Sydenham in *Tract. de febribus.* intermittentes verò ex solo vomitorio planè interdum cessare. Cautè tamen propriè dicta purgantia sunt adhibenda in malignis, ob vim fermentificam: Formula Emetici sequens esse potest:

R. \ddagger em. gr. iij. Θ absmth. \ddagger nativ. ana gr. v. M. F. pulv.
D. pro

D. pro viro s. adulto. Purgantis autem sequi. R². extr.
panchym. Croll. 3^o. ♀ Orl. ref. gial. ana gr. iij. scamm. ♀ at.
gr. j. M. F. C. s. q. TR. ♀ Pil. N. 13. **D.** pro una vice manè
cum vehiculo calido. Laxantia ex manna cict. sir. de
cichor. rhab. infusa decocta laxativa per se etiam sunt
nota. Non reticendæ sunt ex fonte Chirurgico eva-
cuationes sanguinis per V. S. in subiecto juvenili &
iis, qui plenā diætā in cibo & potu curoprimis utun-
tur, in plethora tām verā, quām apparente, aut
ubi consuetæ sanguinis evacuationes; tempore ver-
nali & autumnali sunt suppressæ, commendabiles, di-
versitate verò tamen febrium accuratè observatā:
In intermittentibus enim nihil, in continuis verò
benignis multum juvat, malignis autem sæpiissimè
nocuisse visa est, undē *Zacutus Lusitanus Lib. 3. prax.*
admir. Obs. 57. asserit: V. S. intempestivam causam
mortis in febribus ardentibus. Cæterū universali-
bus istis purgantibus incidentia, absorbentia &
abstergentia simul præmittantur, ex Θ absinth. fumar.
cent. min. arcan. dupl. Myns. oc. ☐ corall. rubr. ppt. cre-
mor. ☐ crystall. ♀ i. R². oc. ☐ ppt. corall. rubr. ppt. Θ
absinth. ana 3^o. M. F. pulv. D. vesperi ante purgationem.

§. XIX.

Tertiō fermentum febrile & dyscrasia Mæ. Sæ.
requirit corrigentia primo communia, in quibusvis
febribus, ipsaque sanguinis grumositate conjuncta
in usum vocanda, qualia sunt terrea, absorbentia
præcipitantia, thilia fixiora, lap, ☐ corall. r. mater per-
lar. perlæ ipse, lap. s. pret. ♀ diaph. simpl. ☐ ♂ uni-
cornu

D
S
E

corns ver. lap. bez. or. & occid. C. C. pbil. ebur. phil. ppt. √ lemn. Siles. alb. & rubr. absorb. Wedel. &c. Et secundò particularia pro diversitate febris conjugenda, uti in febr. ardentibus & malignis sunt ita dicta Bezoartica & Alexipharmacà: 1. Bez. Mich. Wedel. Ludovici, 2. ii. f. & 3. fata. M. S. eff. ther. bals. myrrb. balsam. orvietan. TR corall. c. Ω. cord. Cervi. liqu. C. C. succin. rad. angel. carolin. scorzonera. contrajerv. myrrha elec. bez. Sennert. Wedel. Pannon. rub. specif. cephal. Mich. & nativ. & 2. ii. In febribus intermittentibus conducunt simul antipyretica, febrifuga, Θ in. laudatia, eff. cent. min. sumar. stipt. fabar. ⋆ depur. eff. abs. fumar. card. ben. cent. minor. galang. Zedoar. elix. febrifug. Wedel. Θ vol. Θ. Sylv. & reliqua. Sic in febribus lenti atque hecticis temperata superius taeta, item antibest. Poter. mag. ḥi, ∇ rorell. plantag. portulac. latice. Endiu. TR. fl. bellid. papav. rhæ. ad. rosar. lac. human. & asfnin. optima sunt.

§. XX.

Formula sunt sequentes inter alias facillimè componendas:

- 1.) In febribus ardentibus: Rz. bez. Senn. or. 2. corall. corall. rubr. ppt. ana 2j. lap. bez. or. Θ vol. C. C. in statu omittendi, quod & de reliquis volatil. notandum: ana gr. ij. M. F. l. a. pulv. in 3. p. e. divid. D. manè & vesperina portio. Vel Rz. TR. bez. & Mich. 3j. M. S. eff. 2. ii. 2. f. ana 3j. orvietan. 3. M. D. pro ratione etatis x. xx. xxx. &c. gtt. in ∇ fumar. C. B. fl. sambuc. &c. singulis vel 6. hor. Vel in forma Potionis: Rz. ∇ fl. sambuc. scabios. carduibus. ana 2j. prophyl. Sylv. 3j. pulv. Wedel. maj. Pannon. rubr. & diaphor. ana 2j. & nat. unicorn. ver. ana gr. xv. marg. or. preparat. lap. bez. preparat. ana gr. v. manus Cbr. perlar. q. f. ad grat. E. I. a. Potio D.
- 2.) In febribus intermittentibus: Rz. Θ. aci depur. gr. xv. conchar. preparat. oc. 2. Matr. perlar. preparat. ana 2j. & nativ. 3. Θ. Θ. caryoph. gtt. iij. M. Div. in 4. p. a. D. S. ut supra. Vel: Rz. elix. antisfebril. eff. abs. comp. ana 3j. Tinctor. 2. f. 2. Θ. caryoph. gtt. iij. M. D. in Viir.
- 3.) In febribus lenti & hecticis: Rz. crystall. & matr. perlar. preparat. corall. rubr. preparat. ana 2j. antibest. Poter. 3. 2. 2. M. F. pulv. in 5. p. div. D. in aqua plantag. bus in dis.

Aut in forma potiuncula admodum grata

ac

§. (19) §.

ac reliquis præferendæ: Rz. ∇ plantag. $\frac{3}{ij}$. portul. lactuc. endiv.
fl. acac. ana $\frac{3}{ij}$. cinnam. borrag. $\frac{3}{B}$. TR. fl. bell. papav. rhæad. rosar.
ana $\frac{3}{ij}$. amibet. Poter. $\frac{3}{B}$. oc. Ξ . cærol. matr. perlar. preparat.
marg. or. ppt. ana $\frac{3}{B}$. Sacchar. $\frac{1}{j}$. gr. xv. sir. de plantag. portul. ana
 $\frac{3}{B}$. M. D. in scilicet detur binis vel $\frac{3}{B}$ bus hor. cochl. j. aut alterum.

§. XXI.

Et hac remedia alterius quoque partis indicationis ter-
tia latitudinem absolvunt, sive ipsam grumescentiam tolle-
re & spirituum luminositatem inhibitam reducere valent.
Specialiter vero præter externa superius adducta internè con-
ducunt succinata, succinum album ppt. Θ vol. & $\frac{3}{B}$ \varnothing \varnothing . succini
ad aliquot solum gtt. liqu. C. C. succin. nervina & castorina, ca-
storum ppt. Θ & eff. castor. Θ native & $\frac{3}{ij}$ & imprimis inter
hæc cephalica, Θ rosar. meliss. cinnam. ∇ & $\frac{3}{B}$ \varnothing \varnothing ejusd. in
specie, vid. Helmontium de Poref. Medic. pruna citrea, & elix. citr.
 ∇ meliss. menth. fl. acac. nymph. cord. Herc. Sax. Instar omnium
fore cenfeo TRas Θ veras, si modo omnes adepti esse pos-
simus, cum autem paucissimis Corinthum adire liceat, substi-
tuantur TRæ Θ cum $\frac{3}{B}$ cinnam. conjunctæ, quas vid. in Ara-
mentario Mysiebi, licet enim ratione particularum auri pa-
rum operentur, deprehendere tamen ob cinnamomi virtu-
tem eas admodum esse egregias, indeque cum Ettmüller
tom. 2. p. 2. l. 1. Sel. xvij. cap. 3. laudandas. Quæ adeoque re-
liquis facile addi, substitui atque interponi possunt.

§. XXII.

Quarto non negligenda sunt varia symptomata occur-
rentia, varietatem status morbifici & hinc ipsius medelam
haud parum mutantia. Sic si adsit simul nimia sanguinis
profusio, præter temperatoria externa internè admisceantur
blandè adstringentia, v. gr. rad. bistort. tormentill. plantag. nymph.
l. M. sangu. Drac. bolus Armen. lap. hemat. ∇ sigill. Lemn. catechu,
mumia, trag. gran. act. pulv. sypt. Heurn. Wedel. &c. Rz. ∇ plan-
tag. burs. pastori. cherefol. ana $\frac{3}{B}$. cinamom. cydon. $\frac{3}{ij}$. pulv. sypt.
Wed. $\frac{3}{ij}$. or. Ξ . ppt. unicorn. veri. ana $\frac{3}{ij}$. sirup. myrtin. papav. rhæad.
ana $\frac{3}{ij}$. M. F. t. Potio. Si diarrhœa urget, theriaca extr. ther.
coel.

cœl. ess. ther. bals. cautè sunt remiscenda. Si vitio ♀is, aut à mensium obstr. magis eveniat in hyphericis febris syncopalibus, uterina, ess. lign. aloës, myrrh. caftor, elix. ♀in. Croll. Wedel. Ess. item croci insigniter laudatur, à Paracelsø summa cordis latitia dicta. Si colicus dolor comes sit, carminativa remedia prafto sunt, rad. carol. acor. galang. Zedoar. fol. & herb. stomach. fl. chamom. sem. 4. carm. bacc. laur. junip. spec. diaumin. diagalang. ∇. carm. Dorncreill. Ω carminat. anticol. Mich. ci anis. Ess. carmin. Wedel. ☽ ☽. cirr. ver. carv. anis. aneth. &c.

S. XXIII.

Tandem analæptica & dietetica attingenda sunt, in sex rebus N. N. querenda. Aér temperatus, non frigidus, nec humidus hoc pertinet; Si febris ejusmodi perfeclè intermittat, die aut tempore ἀνυπέσιας vina generofiora, imprimis claretia & Hippocratica dicta, ex vegetabilibus, stomachicis ac aromaticis compofita, medicamentofa reddita, quæ optimè spiritus reparant ac refocillant totum corpus. Si autem ardens fit febris talis, hæc non nisi in vera declinatione laudanda sunt. Similem censem subit etiam tragea ex rad. stomachal. & aromatibus variis confecta, additis eleosacchar. citr. & sem. carmin. maj. ipsiusque ☽ ☽ albercis. Balsama etiam & externa & interna optimè proflant præservatorio fine ad illa pertinent bals. Scherzeri, Angl. c. & incompl. inter hæc verò instar omnium esse potest bals. vit. Hoffmann in cit. Annot. ad Poter. p. 692. Cibum & potum nocivum quoque patientem evitare oportet: nec admittat obſtructions vel alvi, vel urinæ, in motu & quiete moderatum se gerat: similiter ac in ſomno & vigiliis, à metu tandem, terrore aliquis nocivis, animi affectibus fibi caveat, si fecilius evadere velit. In quo nunc subsiftio, & quoad addenda, B. L. ad libros præcticos remitto, DEO verò T. O. M. immortales perfolvo grates, pro benignissima sua directio- ne & cursus mei Medicis abſolutione. Cui sit Laus & Gloria in ſempiterna ſecula!

TANTUM.

ULB Halle

001 972 26X

3



5,6,

B.I.G.

Farbkarte #13



B. V.
GURALIS MEDICA
ENS
E
NCOPALI,
AM
TATIS MAGNIFICENTISSIMO,
LUSTRISSIMO DOMINO,
I N O
WILHELMO,
DE BOINEBURG,
PHOLICÆ MAJESTATIS CONSILIARIO
NARUM ECCLESiarum, MOGUN
APITULARI SENIORE, ET RESPECTIVE
TISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MG
AC CIVITATIS TERRITORIQUE
RO-PRINCIPE,
UTHORITATE
S MEDICÆ ERFURTINÆ,
ESIDIO
ILIPPI EYSELII,
MED. DOCT.
S. PUBL. CELEBERRIMI, EJUSDEMQUE
GRAVISSIMI, p. t. DECANI, ACADEMIA
DRUM COLLEG. LONGE DI
P. L. C.
ET HOSPITIS, OMNI HONORIS
EQUENDI,
CENTIA,
ONORES, AC PRIVILEGIA
ALIA
STINENDI,
DISQVIRENDAM
BAUER, MOGONUS.
ANNO M DCC XVI.
RI COLLEG. MAJ.
VETIS.
I GROSCHII, ACAD. TYPEGR.